BARTHOLOMAEUS DE MONTAGNANA
Salzburg, 1471
Seite 370r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8258
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

non solum respectu stomachi sed comparatione ad medium generis · Neque enim hic disputandum est, an stomachus eius respectu medij generis sit humidior quam epar respectu illius sit calidior · Satis enim facile considerantibus apparet horum declaratio, eo quod bonitas coloris faciei et totius corporis habitudinis dispositio mediocritatem transcendens membrorum a generatore plasmatio gradibus · venarum magnitudo et extensio et sanguinis multitudo significat epar non esse magnifice lapsum ad caliditatem quam ad ipsam sequeretur macrefactio et sanguinis paucificatio per viam excitationis a resolutione proveniente, quam facit color tarditas digestionis stomachi mollities ad tactum percepta, multitudo salivalis humiditatis, ventositates a stomacho et a multitudine superfluitatum prime digestionis · mollities et reliqua signa peiora istis, que nunc propter brevitatem abscindo, significant augmentum humiditatis in epate magis quam ex signis supradictis deduci possit in epate lapsus · ad calorem Neque iterum speculatio ista impedit medicum a recta curatione, eo quia in contrarijs maxima est habenda cautela · et non imperfectis videtur enim stomachi operationes perfici et meliorari a caliditate epatis predicta magis quam impediri ut tamen

utrique illorum convenientibus instrumentis provideri possit premittendum primo quod causa lapsus complexionalis ad humiditatem existat oportet nitio aut quod materia in stomacho contenta sit in cavitatis eius imbibita aut superficiei concave ipsius adherens aut in venis concavitatis effusa et natans Neque aliter ymaginari possumus materiam in stomacho se habere ut colligendum est lvaliter · 13. 3 ca° de egritudinibus stomachi ¶ Cum igitur contingerit materiam effusam esse · ad regionem stomachi inferiorem pectore tunc statim minorative evacuanda est cum hoc medicine ℞ aque decoctionis seminum ameos ʒ 1 s · yere simplicis ʒ x · misce totum calidum et exhibeatur in potu · Si autem contingeret te indigere evacuatore fortiori eo quia materia maioris esset resistentie tunc educenda est cum electuario isto · ℞ electuarij indi ʒ ij s · benedicte simplicis ʒ ij · misce et detur in potu cum aqua decoctionis matis calefacta Et si velis adhuc solutivum melioris expeditionis facere ℞ pillularum de yera composita ʒ 1 · et formentur pillule · vij · et accipiantur ut habetur in capitulo de evacuantibus a capite dictum est · Et si iterum propter hoc minorativum non totaliter educeretur materia quam opteret ipsam adhuc eradicari, tunc digeratur cum hoc 2° insto · ℞ mellis rosati colati ʒ 1 · sirupi de absinthio ʒ s · aque eupatorij absinthij et cicoree ana ʒ 1 · misce et calidum detur in potu in aurora et tardetur prandium per 3 horas Si autem velles digestivum melius et levius

Non plura remedia · de caliditate epatis et humiditate stomachi ·